

IGLESIAS, SANTUARIOS, MONASTERIOS Y ERMITAS DE GALICIA

Saturnino Ruiz de Loizaga

Introducción

En esta misma revista de *Compostellanum* recientemente publiqué una serie de documentos vaticanos relacionados con los puentes y hospitales en el Noroeste Peninsular¹. Continuando mis pesquisas en los Registros Vaticanos ofrecemos hoy 16 documentos concernientes o relacionados fundamentalmente con la reparación o reconstrucción de iglesias, parroquias, santuarios y ermitas marianas de Galicia.

El relevante papel ejercido por el papado como árbitro y director de la Cristiandad medieval hizo tangible y necesaria su intervención en todos los aspectos de la vida de los pueblos. En el Medioevo no existió otra autoridad o potencia que influyera de manera tan incisiva en la vida de las personas como en la de las enteras poblaciones, como la Iglesia y su jefe el Papa. La influencia del Papa llegó a abarcar en una manera u otra a todo el orbe cristiano; testimonio de esta expansión sin igual de su autoridad son los múltiples documentos pontificios de todo tipo y edad referentes en este caso a Galicia.

La historia religiosa y mariana de Galicia quedaría incompleta y cercenada si se prescindiera de la utilización de fuentes tan valiosas. Ciertos aspectos de la vida eclesiástica de la Edad Media no pueden ser objeto de estudio por falta de documentación o pobreza de fuentes de los archivos parroquiales o diocesanos. Para tener una base sólida y un mejor conocimiento de la historia religiosa y social de Galicia hay que indiscutiblemente que beber de estas fuentes vaticanas.

I. – Reparación de edificios

Siempre raras, y por eso más preciosas, son las escrituras relacionadas con el origen, fundación, reparación, evolución de los centros religiosos, como monasterios, iglesias parroquiales, santuarios, capillas, ermitas. Este tipo último de documentos es donde nos hemos concentrado con especial interés espigando y recogiendo pacientemente todas aquellas noticias válidas para seguir el proceso del origen y evolución de muchos de nuestros centros de culto (iglesias parroquiales), de piedad (santuarios y capillas), de espiritualidad (monasterios y conventos), de retiro (ermitas y eremitorios), de aspecto existencial (hospitales y lazaretos), etc.

A menudo el rey, el infante, el señor, el cura, el monje o el fraile, una cofradía hacían llegar al papa sus ruegos para obtener gracias de distintos géneros, principalmente en materia benéfica y graciosa, siendo recogidas estas peticiones y conservadas diligentemente en el Archivo Vaticano. Frecuentemente ocurre, por ejemplo, que un edificio acusa varios estilos o reparaciones efectuadas en diversas épocas y de las que en los archivos parroquiales, provinciales o catedralicios no queda noticia. Gracias precisamente al Archivo Vaticano se ha podido subsanar muchas veces esta carencia.

¹ *COMPOSTELLANUM*, “Puentes y hospitales en el Camino de Santiago en el Noroeste Peninsular (siglos XIV-XVI)”, vol. LIII (2008) pp. 347-374.

Una muestra de la religiosidad de los habitantes de las diócesis gallegas en la Edad Media es el cariño, la estrecha vinculación a sus lugares de culto. El impulso de una fe ardiente hacia su parroquia, su Virgen, su Patrona les mueve muchas veces a tomar decisiones enérgicas, como el recurrir al Papa para obtener sus concretas demandas, su intento. Se solicita del Papa indulgencias plenarias para los fieles en vida siempre que ayuden con una limosna, o incluso, personalmente, es decir, con sus manos cooperen a la reconstrucción ya sea de la iglesia parroquial, ya del santuario, convento o ermita. Así las indulgencias fueron anexas a muchas realizaciones. Difícilmente se puede encontrar una iglesia que no haya estado construida, al menos en parte, con las entradas o limosnas provenientes de las indulgencias, concedidas a los fieles para la reconstrucción o reparación. La enorme actividad arquitectónica y artística del Medioevo se explica, en buena lógica, por este fenómeno.

En la reconstrucción de los centros de culto participan los vecinos, material y espiritualmente: unos aportando su esfuerzo físico en el acarreo de las piedras; otros con la colaboración económica (limosnas) para pagar a los artesanos del cincel. Todo el vecindario sigue expectante el nacimiento del 'nuevo edificio' religioso como afirmación de su fe cristiana.

Tengo la convicción de que dichos documentos son completamente desconocidos y confío en que vengán a llenar no pocas lagunas, que hasta ahora se escapaban a la búsqueda de los investigadores, que es lo que en definitiva se pretende con la publicación de las presentes escrituras.

En este sentido damos a conocer la evolución o reforma estructural de algunos edificios religiosos de culto mariano en las distintas diócesis gallegas.

1369, agosto 14: Santa María de Osera (diócesis de Orense).

1420, junio 21: Santa María de Finisterre y capilla de Santa Maria de Logoso (Compostela).

1420, octubre 20: Santa María de Tuy (Catedral, diócesis de Tuy).

1427, marzo 24: Santa María de Ribadeo (diócesis de Mondoñedo).

1427, mayo 12: Santa María del Campo de Ribadeo (diócesis de Mondoñedo).

1427, junio 24: Santa María de Galdo (diócesis de Mondoñedo).

1429, octubre 7: Santa María de Itinere (Pontevedra, diócesis de Compostela).

1435, agosto 23: Santa María de Sobrado (La Coruña, diócesis de Compostela).

1439, septiembre 5: Santa María de Vigo (diócesis de Tuy).

1442, octubre 27: Santa María de Hermida (diócesis de Orense).

1443, abril 13: Santa María del Campo (La Coruña, diócesis de Compostela).

1443, julio 20: Santa María de Villar (diócesis de Compostela).

1445, mayo 12: Santa María de Peiros (diócesis de Compostela).

1451, marzo 27: Santa María del Perdón (catedral de Compostela).

1453, julio 10: Santa María de Sar (diócesis de Compostela).

1457, septiembre 6: Santa María de Muxia (La Coruña, diócesis de Compostela).

II. – DOCUMENTOS

1

1369, agosto 14, Viterbo

El papa Urbano V de Aviñón concede cien días de indulgencia a cuantos confesados y arrepentidos visiten anualmente la iglesia de Santa María de Osera (Orense), de la orden del Cister, en ciertas festividades litúrgicas y ayuden a la reparación dicho centro religioso. Dicho monasterio se encontraba en una situación precaria y difícil, a causa de la peste, de las guerras, de la prepotencia de los nobles, de los ladrones, etc. Concesión válida durante diez años.

Reg. Aven. 169, fol. 496r.

Universis christifidelibus presentes litteras inspecturis, salutem etc.

Licet is, de cuius munere venit ut sibi a suis fidelibus digne et laudabiliter serviatur, de abundantia pietatis sue, que merita supplicum excedit et vota, bene servientibus ei multo maiora retribuatur quam valeant promereri, nihilominus tamen, desiderantes Domino reddere populum acceptabilem et bonorum operum sectatorem, fideles ipsos ad complacendum ei quasi quibusdam allectivis muneribus, indulgentiis videlicet et remissionibus invitamus, ut ipsi exinde reddantur divine gratie aptiores.

Cum itaque, sicut accepimus, ecclesia monasterii Sancte // Marie de Ossaria, Cisterc. ordinis, Auriensis diocesis, tum propter mortalitatis pestem et guerrarum turbines, in illis partibus ingruentes, quod monasterium ipsum inter potentes et nobiles necnon depredatores et latrones situatum existit, ad paupertatem maximam et destructionem devenerit, nos, cupientes ut ecclesia dicti monasterii congruis honoribus frequentetur ac etiam auctore Domino reparetur, et ut ipsi fideles eo libentius causa devotionis confluant ad eandem et ibidem promptius manus porrigant adiutrices... omnibus vere penitentibus et confessis, qui in Nativitatis, Annuntiationis, Purificationis, Circumcisionis, Epiphanie, Resurrectionis, Ascensionis, Corporis Domini nostri Ihesu Christi, Pentecostes, necnon in Nativitatis, Annuntiationis, Purificationis et Assumptionis beate Marie virginis et Nativitatis beate Iohannis Baptiste, dictorum apostolorum Petri et Pauli et dicte ecclesie dedicationis, festivitatis... prefatam ecclesiam devote visitaverint annuatim et per ipsius reparationem manus porrexerint adiutrices... ut prefertur, centum dies de iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus. Presentibus post decem annos minime valituris.

Datum Viterbi, XVIII kalendas septembris, anno septimo.

2

1420, junio 21, Florencia

Puesto que numerosos peregrinos de todas las partes que visitan la iglesia de Santa María de Finisterre pasan por el territorio de Logoso, y algunas personas devotas de este lugar habían construido una capilla-hospital bajo la invocación de Santa María de Logoso, este nosocomio se encontraba casi medio derruido y, queriendo hacerlo funcional y efectivo para acoger peregrinos, se dirigen al papa Martín V pidiendo indulgencias para su reparación.

Reg. Suppl. 144, fols. 145v-146r.

Beatissime Pater. Cum inter civitatem Compostellan., ubi corpus beatissimi Iacobi Apostoli de Galicia requiescit et villam seu ecclesiam beate Marie de Finisterre,

Compostellan. dioc., ad quam ob reverenciam et devotionem ipsius virginis gloriose maxima christifidelium multitudo de longinquis remotissimisque mundi partibus confluent incessanter et per quoddam territorium de Logoso nuncupatum dicte diocesis, quod remotum nimis ab aliquo populato loco fore dinoscitur, transitum faciant, ubi tam frigore, fame et siti quam propter hospiciorum defectum nonnulli ex huiusmodi peregrinis per lupos occisi et lacerati reperiebantur // temporibus retractis, et quia nonnulli devote persone illis de partibus premissa videntes, dictisque peregrinis pie compacientes, quoddam pauperculum hospitale et heremitagium vocatum beate Marie de Logoso, quod antiquitus fuerat edificatum, nunc vero quasi destructum in medio quasi dicti territorii rehedificant pro huiusmodi recipiendis peregrinis et construunt prout indistincte omnes et singuli confluentes quicumque recipiuntur ibidem, ut igitur Pater Beatissime, ad opus tam pium christifideles fervore devotionis animentur et ad salutem animarum suarum provocentur, dignetur igitur Sanctitas Vestra, omnibus et singulis, qui ad fabricam reparationem et refectionem heremitagii seu ecclesie et hospitalis beate Marie de Logoso predictorum manus porrexerint adiutrices, et qui pro lectis et victualibus aliisque peregrinorum ibi confluentium necessitatibus de bonis sibi a Deo impensis erogaverint, quotiens hoc fecerint, septem annos et totidem quadragenas de iniunctis eis penitentiis seu de vera indulgentia misericorditer perpetuo concedere et indulgere; ac etiam omnibus et singulis christifidelibus hospitale et ecclesiam predictam in festivitibus per Cancellariam eis dari consuetis devotionis causa personaliter visitantibus et de bonis suis sibi a Deo collatis ad ipsorum heremitagii seu ecclesie divina officia decebrandum et hospitalis ac peregrinorum apud ipsum manentium necessitates elargentibus, indulgentias consuetas in Cancellaria predicta misericorditer perpetuo concedere et indulgere. Cum clausulis oportunis.

Fiat in forma O[tto]. [= Martín V].

Datum Florentie, undecimo kalendas iulii, anno tertio.

3

1420, octubre 20, Roma

La ciudad de Tuy en los confines del reino, a causa de las guerras, fue ocupada repetidas veces, y por efectos de las bombardas y otros ingenios bélicos la iglesia catedral y el claustro han sido muy dañados, destrozados, e incluso, su iglesia expoliada de todos los ornamentos eclesiásticos y también de muchos bienes de la mesa episcopal y capitular, y para reparar todos estos perjuicios, no bastando los bienes de la mesa, tanto episcopal como capitular, y siendo necesarias las limosnas de los fieles, el obispo y el capítulo se dirigen al papa Martín V solicitando indulgencias en favor de cuantos de alguna manera contribuyan con su actitud caritativa a hacer frente a todas estas importantes adversidades y molestias.

Reg. Suppl. 156, fols. 5v-6r.

Beatissime Pater. Dudum, satore zizanie procurante gratiam inter certos regni Castelle insidiatores et inimicos ac ipsum regnum orta discordia et guerris suscitatis, civitas Tudensis, quem confinibus dicti regni situata et per eosdem inimicos obsessa, et demum manu ostili occupata atque capta de facto extitit, tractu vero temporis treugis inter eosdem inimicos et civitatem tractatis, ipsa civitas a dictis inimicis fuit pacifice relicta, quibus treugis finitis iterum per ipsos inimicantes in obsidione posita et, un prefertur, rapta et occupata per vim et potentiam fere per septennium extitit, quibus obsidionibus et aliis tribulationibus causantibus tam dicta civitas in suis membris quam // etiam maior et catedralis ecclesia ipsius et claustrum eiusdem ecclesie bombardis et aliis ingeniis dirupta et destructa, ipsaque ecclesia vestimentis sacerdotalibus, libris, calicibus et aliis ornamentis pro maiori parte occasione dicte guerre privata fuerit, necnon etiam, nonnulla bona et possessione ad

episcopalem et capitularem Tudensem mensas, pertinentia destructa, cum autem Pater Sancte, dicta ecclesia in eius edificiis ac aliis ad servitium divinum ibidem necessariis magnis propter premissa reparationibus indigeat ad cuius reedificationem bona ad ipsas mensas pertinentia propter ipsorum paucitatem sufficere non valeant, ob quod christifidelium eleemosyne sunt plurimum oportune, dignetur S. V., eisdem christifidelibus, qui ecclesiam ipsam devote in septem Domini Nostri Iesu Christi et quatuor beate Marie virginis et aliis festivitibus et octavis earum, in Cancellaria Eiusdem Sanctitatis exprimentis, ecclesiam ipsam visitaverint et ad ipsius reedificationem manus porrexerint adiutrices, necnon illis, qui pro rehedificatione ecclesie et claustrum predictorum seu ad ornamenta predicta caritativa subsidia erogaverint, vel in eorum testamentis aliquid legaverint, decem annos et totidem quadragenas, ac in dictis octavis, centum dies de iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxare, necnon episcopo et capitulo Tuden. ut per questarios ipsas eleemosynas per Hispaniarum et aliarum terrarum regna huiusmodi eleemosynas querere valeant, ac ipse indulgentie in perpetuum durent etiam dignemini misericorditer concedere de gratia speciali. Constitutionibus et ordinationibus apostolicis ac aliis in contrarium editis non obstantibus quibuscumque.

Fiat in forma O.

Datum Rome apud Sanctam Mariam Maiorem, tertio decimo kalendas novembris, anno quarto.

4

1427, marzo 24, Roma

Los feligreses de la iglesia parroquial de Santa María de Ribadeo, diócesis de Mondoñedo, en quiebra tanto en sus techos, como en sus muros, y necesitada de urgente reparación, solicitan del papa Martín V siete años y cuarenta días de indulgencia a cuantos arrepentidos y confesados contribuyan con sus limosnas a su reparación.

Reg. Suppl. 209, fol. 287r.

Dignetur S. V. omnibus et singulis christifidelibus ecclesiam parochialem sancte Marie de Ribadeo, Mindoniensis diocesis, que in tecto et muro collapsa existit, aliisque reparationibus quam plurimis indiget, que absque ipsorum christifidelium eleemosynis minime reparari possunt, ipsam ecclesiam devote visitantibus et manus porrigentibus adiutrices in festivitibus per Cancellariam dari consuetis, septem annos et totidem quadragenas de iniunctis eis penitentiis in Domino misericorditer relaxare. Quibuscumque contrariis non obstantibus. Cum clausulis oportunis.

Fiat in forma O.

Datum Rome apud Sanctos Apostolos, nono kalendas aprilis, anno decimo.

5

1427, mayo 12, Roma

Santa María del Campo, a las afueras de la villa de Ribadeo, en otro tiempo catedral de la diócesis, posteriormente trasladada a la ciudad de Mondoñedo, poseía un canónigo prebendado de la iglesia de Mondoñedo con cuatro porciones con la obligación de residir en dicha iglesia de Santa María del Campo, Alfonso de Canto, canónigo mindoniense se dirige al papa Martín V solicitando el permiso de poder residir en Mondoñedo en vez de la villa de Ribadeo, lugar de Santa María del Campo.

Reg. Suppl. 212, fols. 284v-285r.

Beatissime Pater. Licet in ecclesia cathedrali Mindonien. sit statutum aut alias consuetudo et ordinatio antiqua approbata, quod in villa de Rebadei, dioc. Mindonien., in ecclesia beate Marie de Campo nuncupata, extra muros eiusdem ville sit, in qua primo dicta ecclesia cathedralis Mindonien. fuerit constituta et postea ad civitatem Mindonien. traslatam, et ideo propter ordinationem et conventionem antiquas fuerit statutum et a longis temporibus observatum, quod in dicta villa de Ribadei, seu in ecclesia beate Marie predicta, unus canonicus prebendatus dicte ecclesie Mindonien., cum quatuor portionariis Mindonien. ecclesie debet residere in predicta ecclesia beate Marie de Campo et ibidem omnes fructus prebendarios percipere, prout a longis temporibus continuo perceperunt, ac quod in ecclesia Mindonien. predicta perciperent fructus prebendales, prout percipiunt de presenti, supplicat ergo S. V. Alfonsus de Canto, canonicus Mindonien., qui ratione canonicatus et prebende dicte ecclesie Mindonien., quos obtinet, in dicta ecclesia beate Marie de Campo habet residere, et qui etiam in dicta ecclesia Mindonien. per quadriennium et ultra de licentia speciali dominorum episcopi, decani et capituli predicte ecclesie Mindonien. resedit, quatenus sibi ut ipse provisio // non obstantibus in dicta ecclesia Mindonien. valeat licite si maluerit residere et ibidem distributiones cotidianas etiam percipere misericorditer et indulgere dignemini de gratia speciali, premissis et aliis in contrarium editis non obstantibus quibuscumque. Et ceteris non obstantibus. Et cum clausulis oportunis.

Fiat de consensu capituli O.

Datum Rome apud Sanctos Apostolos, quarto idus maii, anno decimo.

6

1427, junio 24, Roma

Juan Enrrriquez, canónigo de Mondoñedo, solicita del papa Martín V un beneficio perpetuo sin cura de almas en la iglesia parroquial de Santa María de Galdo.

Reg. Suppl. 218, fol. 266r-266v.

Supplicat S. V. devotus vester Iohannes Enrici, canonicus Mindonien., quatenus sibi specialem gratiam facientes de quodam perpetuo simplici beneficio sine cura parrochialis ecclesie Beate Marie de Galdo... dioc. Mindonien. vacante...

Fiat ut petitur. O.

Datum Rome // apud Sanctos Apostolos, octavo kalendas iulii, anno decimo².

7

1429, octubre 7, Roma

Veinticinco hombres y mujeres leprosos de san Lázaro del leprosorio de Santa de Itinere (del Camino?), fuera de los muros de Pontevedra, diócesis de Compostela, donde existe también un oratorio dedicado a dicha Virgen y a la que se la tiene mucha devoción, y asimismo un hospital anejo para pobres y peregrinos que se dirigen a Santiago de Compostela, y no siendo suficientes sus bienes y rentas para hacer frente a tantas necesidades, e instituido un procurador, el sacerdote Marcos Ferandi, quien en nombre de los veinticinco leprosos solicita del papa Martín V siete años y cuarenta días de indulgencia para cuantos visiten dicho oratorio mariano en cada una de las fiestas de la Virgen y colaboren con sus limosnas y ofertas a mejorar la situación de dicho centro humanitario y religioso.

² Existe numerosa documentación sobre provisión de beneficios relacionada con esta parroquia gallega.

Reg. Suppl. 247, fols. 194v.-195r.

Beatissime Pater. Exponitur S. V. pro parte devotorum vestrorum viginti quinque hominum utriusque sexus, leprosorum Sancti Lazari seu domus leproserie ecclesie Beate Marie de Ytinere extra muros Pontisveteris, dioc. Compostellan., quod quidem dicti leprosi habent unum heremitorium seu oratorium, nuncupatum Sancte Marie de Ytinere, in quo heremitorio prefato fiunt et accidunt multa ac plura miracula, tam in mari quam in terra, mediante vocacione ipsius virginis Marie, quibus miraculis populus dicte dioc. ac de aliis partibus est inclinatus seu motus et devotus ex multis precibus visitare dictum heremitorium beate Marie in omnibus diebus Salvatoris totius anni et festivitibus virginis Marie mediante sua vocacione et miraculis; similiter, Beatissime Pater, dicti leprosi dicte domus teneunt unum hospitale, nuncupatum dicte beate // Marie, et ipsi prefato heremitorio leprosorum annexum, in quo hospitali recipiuntur omni die quam plures pauperes Dei, ad ipsum de quibuscumque partibus venientes, etiam ad visitandum Sanctum Jacobum in Compostella, ibidem existentes et ministratur circa facultates ipsius seu ipsorum leprosorum; et quia B. P., facultates ipsius heremitorii et leprosorum non sufficiunt ad sustentandum dictas necessitates, ad ministrandum et recipendum dictos pauperes et peregrinos, ac reparandum, sustentandum et gubernandum de bonis necessariis, necnon reficiendum prefata loca et omnia premissa onera supportanda, necnon minantur ruinam, melius et sufficientius subveniatur? pauperibus, seu ipsi administrentur eleemosinis piis caritativis christifidelium mediantibus crescentibus et quod similiter, Beatissime Pater, dicti leprosi constituerunt in suum sufficientem et indubitatum procuratorem devotum oratorem S. V Marchum Ferandi, presbyterum dicte diocesis, ad presens in curia Romana residentem, ad prosequendum et ad agendum sua negotia tam in curia Romana quam extra eandem, que sunt persone miserabiles et impotentes ad procurandum omnino; ideo B. P., supplicat prefatus procurator in eorum personis, quod dignemini misericorditer concedere et largiri dicto heremitorio beate Marie, omnibus visitantibus venientibus ac inrantibus zelo devotionis eiusdem Virginis gloriose dictum heremitorium, septem annos et totidem quadragenas indulgentiarum in qualibet festivitate gloriose Virginis Marie totius anni perpetuo, ut prefata loca et opera meliorentur et regentur ac restaurentur ex devotione christifidelium et cum suis bonis temporalibus largiendum et offerendum, necnon prelibatum et mandatum leprosorum dicto Marcho concessum per ipsos confirmare ac omnia inde secuta, facta et fienda, ut laicius in ipso continetur aprobare de gratia speciali, non obstantibus quibuscumque constitutionibus et ordinationibus apostolicis statutisque et consuetudinibus tam ecclesiasticis quam secularibus ceterisque contrariis, non obstantibus quibuscumque. Cum clasulis oportunis.

Fiat in forma O.

Datum Rome prope Sanctos Apostolos, nonis octobris, anno duodecimo

1435, agosto 23, Florencia

El abad y el convento de Santa María de Sobrado de la Orden del Cister en la prov. de La Coruña, diócesis de Compostela, construido y edificado con lujo y suntuosidad en todas sus partes, y donde reposan muchas y venerables reliquias de muchos santos, ahora con el pasar del tiempo se encuentra casi en ruinas y sólo con la ayuda de las limosnas de los fieles puede ser reconstruido, por lo que se dirigen al papa Eugenio IV solicitando indulgencias en favor de todos aquellos que colaboren a su reconstrucción en determinadas fiestas de la Virgen.

Reg. Suppl. 310, fols. 181r-181v.

Beatissime Pater. Cum monasterium beate Marie de Superato³, ordinis Cisterciensis, Compostellan. diocesis, quod in sua prima institutione in honorem et sub vocabulo Beate Marie Virginis Matris Domini nostri Ihesu Christi, multum sollempniter constructum et edificatum fuerat in operis edificiorum partibus diversis, propter nimiam vetustatem et ruinam et difformitatem paciatur, et per maximam timeturque, nisi ex christifidelium eleemosynis et enormiorem difformitatem labatur in brevi, supplicatur igitur S. V. pro parte abbatis et conventus dicti monasterii, in quo etiam multe venerabiles reliquie sanctorum honorifice reposite sunt... dictaque ecclesia debitis honoribus continue frequentetur, quatenus omnibus vere penitentibus et confessis, qui in festo Assumptionis beate virginis Marie... et aliis festivitibus per Cancellariam dari consuetis et eorum octavis // ac dedicationem eiusdem ecclesie, ecclesiam predictam visitaverint, et ad eius reparationem seu conservationem manus porrexerint adiutrices in Assumptionis beate virginis Marie quadraginta singulisque aliis dictis diebus, decem annos et totidem quadragenas de vera indulgentia misericorditer dignemini relaxare de gratia speciali. In contrarium facientibus...

Concessum in forma, in presentia domini nostri pape. C. Cervien.

Datum Florentie, decimo kalendas septembris, anno quinto.

9

1439, septiembre 5, Florencia

Se piden al papa Eugenio IV siete años y cuarenta días de indulgencias en favor de la iglesia parroquial de Santa María de Vigo, diócesis de Tuy, en el día especial de la Natividad de la Virgen donde concurren numerosos los fieles de los lugares vecinos.

Reg. Suppl. 361, fols. 212v-213r.

Beatissime Pater. Cum in parrochiali ecclesia loci beate Marie de Vigo, Tuden. dioc., que in honorem et sub vocabulo gloriose Dei genitricis Marie existit, quam plurimum etiam diversorum locorum circumvicinorum utriusque sexus christifideles in die festivitatis Nativitatis Virginis gloriose devotionis causa confluerent ipsam ecclesiam ob reverentiam eiusdem Virginis in dicto die devote visitare consueverunt, prout annuatim confluent et visitant, ut autem P. S., eisdem christifidelibus tanto ferventior eandem ecclesiam in prefata festivitate visitandi accrescat devotio quanto sub spirituali thesauro inibi a Sede Apostolica prospexerunt se reffectos, dignetur igitur S. P., omnibus et singulis utriusque sexus fidelibus prefatam // parrochiam ecclesiam in Nativitate prelibate Virginis Marie et per eius octavas devote visitantibus, septem annos et totidem quadragenas de iniunctis sibi penitentibus in Domino relaxare, seu de vera indulgentia perpetua duratura misericorditer elargiri de gratia speciali; non obstantibus constitutionibus apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque. Cum clausulis oportunis.

Concessum ut petitur in presentia domini nostri pape. C. Ariminensis.

Datum Florentie, nonis septembris, anno nono.

³ Sobre este convento hay bastante documentación en el Archivo Vaticano, sobre todo referente al régimen interno del mismo; cfr. *Reg. Suppl.* 48, fol. 199, año 1379.

Sobrado fue siempre una gran abadía en lo espiritual y en lo temporal. En 1168 se trabajaba en la construcción del templo románico, finalizado en 1213. De los primeros tiempos de fundación apenas perdura otra cosa, fuera de restos de la sala capitular, de la capilla de la Magdalena y poco más. La mayoría de sus edificaciones son de época relativamente moderna; hasta la misma iglesia se derribó para construir la actual en 1676, de estilo barroco.

1442, octubre 27, Florencia

La ermita-capilla de la Virgen María de la Hermida, diócesis de Orense, muy venerada y concurrida de fieles, se encontraba tanto en sus estructuras y edificios, como en su ornamentación y libros, muy necesitada y solamente con la ayuda de los fieles podía ser solventada esta situación de penuria, por lo que se pide al papa Eugenio IV indulgencias significativas en favor de todos aquellos que visitando dicho lugar contribuyan de alguna manera a su reparación, a su culto y adecentamiento.

Reg. Suppl. 387, fol. 81r.

Beatissime Pater. Cum heremitorium sive capella sub invocatione beate Virginis Marie de Hermida in heremis constituta, Auriensis diocesis, ad quod causa devotionis et propter miracula, que precibus et meritis beate virginis Marie Altissimo in eodem heremitorio sive capella dignatur ostendere, de diversis partibus solet populi multitudo confluere; cumque heremitorium seu capella in suis edificiis et structuris nondum receperit complementum ac ornamentum libris et aliis pro divino cultu necessariis, et propterea suffragia christifidelium valde ad hoc noscuntur oportuna, supplicatur humiliter E. S. V., quatenus omnibus et singulis christifidelibus dictum heremitorium sive capella[m] devote visitantibus ac ad structurarum et edificiorum consumationem ac aliorum necessariorum acquisitionem manus promptius porrigant adiutrices, singulis annis in festo consecrationis heremitorii sive capella (*sic*) aliisque per Cancellariam dari solitis festivitibus, tres annos et totidem quadragenas, ac in octavis et festivitibus et aliis diebus per Cancellariam eandem dari solitum, unum annun et unam quadragenam de iniunctis eis penitentibus dignemini misericorditer relaxare. Cum clausulis necessariis et oportunis.

Concessum in forma, in presentia domini nostri pape. C. Ariminensis.

Datum Florentie, sexto kalendas novembris, anno duodecimo.

1443, abril 13, Siena

El prior, los canónigos y capellanes de la iglesia colegiata de Santa María de Campo, situada en la villa de La Coruña, diócesis de Compostela, se dirigen al papa Eugenio IV solicitando siete años y cuarenta días de indulgencia para cuantos arrepentidos y confesados, visitando dicha iglesia en las fiestas de la Virgen, en el día de su dedicación y en otras fiestas y octavas, contribuyan con sus limosnas a su reparación y conservación.

Reg. Suppl. 389, fols. 119r-119v.

Beatissime Pater. Cum ecclesia collegiata beate Marie de Campo⁴, sita in villa de Crunia, Compostellan. dioc., in illis partibus in magnis reverentia et veneratione habetur, ad quam multitudo populi causa devotionis confluit, et ad ipsius ecclesie augmentationem, munionem et conservationem fidelium eleemosyne sunt quam plurimum oportune et necessarie, supplicant igitur S. V., devoti vestri oratores prior ac canonici et capellani prefate ecclesie quatenus, omnibus et singulis vere penitentibus et confessis, qui in festivitibus beate Marie virginis ac dedicationis eiusdem ecclesie aliisque festivitibus et octavis earundem per Cancellariam dari solitis dictam ecclesiam devote visitaverint et ei manus porrexerint adiutrices, quotiens hoc fecerint, septem annos et totidem quadragenas

⁴ S. María del Campo fue parroquia fundada por Alfonso el Sabio en 1252 y se erigió en colegiata en 1441. El nombre de S. María del Campo se debe a haber sido edificado el templo fuera de la población.

de vera indulgentia perpetuo duratura dignemini misericorditer impartiri . Cum clausulis oportunis.

Concessum in forma, in presentia domini nostri pape. C. Ariminensis.
Datum Senis, idibus aprilis, anno tertio decimo.

12

1443, julio 20, Siena

El rector y los fieles de la iglesia parroquial de Santa María de Villar, diócesis de Compostela, se dirigen al papa Eugenio IV solicitando siete años y cuarenta días de indulgencia en favor de cuantos arrepentidos y confesados visiten dicha iglesia y ayuden con sus limosnas a su restauración y adecentamiento.

Reg. Suppl. 391, fol. 214r.

Beatissime Pater. Cum ad parochialis ecclesie beate Marie de Villar, Compostellan. diocesis, restaurationem conservationemque et ornamentorum pro divinorum officiorum celebratione necessarium munitionem fidelium eleemosyne quamplurimum necessarie sunt et opportune, supplicant igitur S. V. rector et parochiani eiusdem ecclesie, quatenus, omnibus et singulis vere penitentibus et confessis, qui in festivitibus eiusdem sancte dictam ecclesiam devote visitaverint et ei pro ipsius ecclesie restauratione et conservatione et ornamentorum predictorum munitionem manus porrexerint adiutrices, quotiens hoc fecerint, septem annos et totidem quadragenas de vera indulgentia perpetuo duratura dignemini misericorditer impartiri. Cum clausulis oportunis. Concessum in forma in presentia domini nostri pape. C. Ariminensis.

Datum Senis, tertio decimo kalendas augusti, anno tertio decimo.

13

1445, mayo 12, Roma

Los fieles de la parroquia de Santa María de de Peirós, virgen a la que se la tiene mucha devoción por aquellos sitios, se dirigen al papa Eugenio IV solicitando una serie de indulgencias en favor de los devotos que anualmente visitando dicha iglesia en el día de la Asunción contribuyan de alguna manera a su reparación. El Papa concede sólo por dos años.

Reg. Suppl. 405, fol. 207.

Beatissime Pater. Nuper V. S. omnibus et singulis christifidelibus parrochiam ecclesiam beate Marie de Peyros, Compostellan. dioc., ad quam magna populi multitudo partium illarum devotionis causa confluere consuevit in eiusdem Marie Assumptionis de mense augusti festivitate annis singulis devote visitantibus seu ad illius reparationem manus suas adiutrices porrigentibus, duos annos et totidem quadragenas de vera omnium suorum peccaminum indulgentia concessit..., dignetur igitur S. V. christifidelibus predictis ecclesiam predictam devote visitantibus, seu ad illius reparationem manus suas adiutrices porrigentibus, quinque annos totidemque quadragenas annis singulis in festivitate predicta de simili predictorum suorum indulgentia concedere de gratia speciali. Cum clausulis oportunis.

Concessum de alio anno in presentia domini nostri pape.

Datum Rome apud Sanctum Petrum, quarto idus maii, anno quinto decimo.

14

1451, marzo 27, Roma

Lope de Mendoza, arzobispo de Santiago de Compostela, viviendo dispuso y mandó construir una capilla en la iglesia catedralicia, bajo la invocación de Santa María del Perdón, con rentas suficientes para el sustento de un correspondiente número de capellanes, Alfonso Ibáñez, actual patrono y presbítero compostelano, ha establecido e instaurado una nueva capellanía, por lo que ha sido admitido como capellán de la capilla del Arzobispo donde poder decir misas y celebrar los divinos oficios, pero dudando de la validez de esta institución pide al papa Nicolás V la confirmación.

Reg. Suppl. 451, fols. 15r-16r.

Beatissime Pater. Alias bone memorie Lupus de Mendoza⁵, archiepiscopus Compostellan., dum vixit ad divini nominis laudem et gloriam ac gloriosissime beate Marie virginis honorem et venerationem per ipsius parentumque suorum animarum salute de bonis, sibi a summo bonorum // omnium largitore collatis, quandam capellam prope metropolitanam Compostellan. ecclesiam sub invocatione beate Marie del Perdon, in illius ultime voluntatis dispositione construi et edificari mandavit et in illa certum cappellanorum numerum ordinavit et eam pluribus redditibus notabiliter dotavit; et deinde, predicto quondam Lupo archiepiscopo vita functo et secundum illius ordinationem huiusmodi capelle edificii ad perfectionem vel quasi de ducto, devotus S. V. orator Alfonsus, patronus modernus, dispositioni et ordinationi dicti quondam Lupi archiepiscopi inherendo dictum oratorem vestrum Anfonsum presbyterum Compostellan. diocesis, in huiusmodi cappella cappellam instituit, constituitque et deputavit, ipseque Alfonsus Iohannis virtute institutionis et deputationis huiusmodi ad unam de capellanis in dicta cappella per dictum quondam archiepiscopum ordinatum admissus fuit, et in illius possessione existit et in eas plures missas et alia divina celebravit ac dixit, sed quia dubitatur certis causis predicta viribus non sussistere. Quare...

Datum Rome apud Sanctum Petrum, sexto kalendas aprilis, anno quinto. R. Io. De Campo. F. Portuen.

15

1453, julio 10, Roma

El papa Nicolás V concede al monasterio de Santa María de Sar, a las afueras de Santiago de Compostela, de la Orden de los canónigos de San Agustín, cuyas estructuras y edificios se encuentran en franca ruina, diez años y cuarenta días de indulgencia en ciertas fiestas litúrgicas a cuantos fieles y devotos que visitándolo contribuyan a la reparación de sus estructuras en quiebra.

Reg. Suppl. 467, fols. 229r-228v.

Beatissime Pater. Cum monasterium beate Marie de Saar, ordinis Sancti Augustini⁶, extra muros Compostellan. et illius ecclesia suis in structuris et edificiis detrimentum non modicum paciantur, ac nisi ei debite reparationis remedio provideatur ecclesie predictae totalis ruina non longe properetur, sintque propterea ad illius reparationem huiusmodi christifideles manus adiutrices summe necessarie et oportune, cumque magna christifidelium partium illarum multitudo ad monasterium ipsum devotionis causa confluere consuescat, ut igitur christifideles ipsi eo devotius monasterium et illius ecclesiam

⁵ Lope de Mendoza, arzobispo de Santiago de Compostela, trasladado de Mondoñedo (1399-1445). Muerto el 3 de febrero de 1445.

⁶ La construcción de esta iglesia fue iniciada en 1136. En 1168 se finaliza la construcción de esta joya románica y que un servidor tuvo el honor de visitar y admirar. En el año 1548 son sustituidos los originales monjes canónigos de San Agustín por el clero regular.

huiusmodi visitare et ad illorum reparationem manus adiutrices porrigere inducantur, quod si divini muneribus conspexerint esse (*sic*) refectos, dignetur S. V. omnibus et singulis christifidelibus, qui monasterium predictum et illius ecclesiam devote visitaverint et ad illius ac ecclesie et structurarum ac edificiorum predictorum restaurationem et reparationem manus adiutrices porrexerint, decem annos et totidem quadragenas de suorum peccamina indulgentia singulis Cancellarie solitis festivitibus apostólica auctoritate concedere // de Apostolice Sedis benignitate et illius plenitudine potestatis. Cum clausulis oportunis.

Fiat de septem annis in uno festo T⁷.

Datum Rome apud Sanctum Petrum, sexto idus iulii, anno septimo.

16

1457, septiembre 6, Roma

El papa Calixto III concede a la iglesia parroquial de Santa María de Muxia, provincia de La Coruña y diócesis de Compostela, tres años y cuarenta días de indulgencia por espacio de veinte años, a cuantos fieles visiten dicha iglesia de Santa María en ciertas fiestas litúrgicas, frecuentada también por los peregrinos que se dirigen a Santiago de Compostela y contribuyan con sus dádivas a la reparación y restauración de sus edificios.

Reg. Suppl. 503, fols. 232r-232v.

Beatissime Pater. Ut parrochialis ecclesia beate Marie de Mugia, Compostellan. diocesis, ad quam ob plura miracula, que ibidem Deus ad intercessionem sue gloriose genitricis Virginis Marie operatur, magna christifidelium partium illarum et precipue ad ecclesiam beati Iacobi in Compostellan. peregre transiuntium confluere essent assidue, eo devotius a christifidelibus eisdem visitetur, quo christifideles ipsi si ibidem divinis muneribus conspexerint esse refectos, dignetur S. V. omnibus et singulis christifidelibus qui ecclesiam predictam in singulis eiusdem beate Marie aliisque Cancellarie solitis festivitibus devote visitaverint et ad illius ac instructurarum et edificiorum eiusdem reparationem et restaurationem manus suas adiutrices porrexerint, septem annos et totidem quadragenas de vera suorum peccaminum indulgentia et omnibus et singulis festivitibus predictis in perpetuum concedere de Apostolice Sedis benignitate et illius plenitudine potestatis. Cum non // obstantibus et cum clausulis oportunis

Fiat ut petitur de tribus annis ad viginti annos. A⁸.

Datum Rome, apud Sanctum Petrum, octavo idus septembris, anno tertio.

⁷ El "fiat" va seguido de la letra inicial del nombre de bautismo o de pila del papa: Tomás Parentucelli. [Nicolás V].

⁸ Alfonso, nombre de bautismo de Calixto III.